

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

III num. III

Subnotatio fieri potest:

IN ANGLIA

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTRIONALIS

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

IN ITALIA

IN GALLIA

IN HUNGARIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Apud BURNS AND OATES

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

LONDON W. — 28, Orchard Street.

NEW YORK, 143 w 95th St.

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

ROMAE,

IN BELGICA

IN GALLIA

IN HUNGARIA

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

LUTETIAE PARISIORUM

INSULIS (LILLE)

Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

Rue Victor Hugo, 5

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Apud BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

Rue Cassette, 11.

CHARLES AMAT SUCC.

Rue de Metz, 41.

Rue de la Montagne, 52.

RERUM INDEX

DE POPULARIBUS ITEMQUE AGRARIIS ATHENAEIS
DE LINGUA LATINA Natura ac Proprietate
DE STILO ARTIS CHRISTIANAE — CULTORIBUS CHRISTIANARUM ANTIQUITATUM CONVIVIUM HABENTIBUS
NOTITIAE LITTERARUM ET ARTIUM — Ad Tarentum inventa
AD MARIAM MENSE MAIO VOLVENTE PACIS VOTA
ROLANDI FABULA
DE PRAECIPUIS BASILICIS URBS
FLORA
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE
RISUS ET HILARITAS
COMMUNIA VITAE — De indumentis virorum
QUAESITIS RESPONSI — De unica eademque recta apud omnes pronuntiatione latina
ANNALES
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS
AENIGMATA
<i>In tercia operculi pagina:</i>	
PER ORBEM
VARIA: Peracti saeculi utilitas, et gloria senescentibus — Novae virtutis arbitros — Solaris lux in servitatem redacta est — Ovum princeps — Singulare et mirabile

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII
1880. — DCCCLX.

COMMENTARI "VOX URBIS", INDICES SINGULI

I num. ann. III.

Sociis, lectoribus commentarii nostri humanissimis – *Vox Urbis*.
Indicti certaminis litterarii iudicium – *V. U.*
De renovando latinae linguae usu – *F. RAMORINO*.
Communia vitae – De nonnullis ad mundum mulieribus spectantibus – *MAURUS RICCI*.
Kalendae Ianuariae – *D. TAMILIA*.
In aquam Perusinam – Paraphrasis italicici epigrammatis a doct. H. Frontini exarati – *LEO PP. XIII*.
Urbevetanum templum – *A. FUMI*.
De «telepathia» sive de cogitatione in alium transmittenda – *R. SPINA*.
De Scandinavis regionibus – *A. VIEILLOT*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Notitiae litterarum et artium – Terentii *Andria* Florentiae acta a. 1475 – *N. FESTA*.
Ioathan et Sara pastores, dum, viso iam puer Iesu, ad gregem redeunt – *FR. X. REUSS*.
De gemmis artificio partis – *A. COSTAGGINI*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Aenigmata – *DIGAMMA*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Gaudens Societas – loci* – P. d. V.

II num. ann. III.

De populari christiana civitate – *I. TONIOLI*.
Annus MDCCXCIX – *P. ROSSANI*.
De Romanorum magistris – *I. IACHINO*.
Testamentum D. N. Iesu Christi christiana religionis monumentum – *H. D. V. PIERALICE*.
Nocturna viatrix – *I. FEDELE*.
«Fakiri» qui dicuntur – *HERSILUS*.
Hiems – *A. COSTAGGINI*.
Aperito Portae Sanctae a Summo Pont. Leone XIII die xxiv mensis Decembbris MDCCXCIX peracta – *F. C.*
Nuper ex electride inventa – *M. LANI*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Vita functi viri clariores – *I. F.*
Communia vitae – De quibusdam cupediariis – *P. ALEXIS*.
Quaestiones inter socios propositae – *V. De nomine telegrapho fili experti imponendo* – *F. ARNORI*.
Quaestio nuperrima de latini eloquii pronuntiatione responsum – *FORFEX*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Librorum recensio – *I. A. – I. F. – P. A.*
Aenigmata – *A. E. DE DRUFFEL*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Unde comperitur in anseribus aetas – loci ex historiis* – P. d. V.
Epistolarum commercium – A SECRETIS.

III num. ann. III.

IOANNIS BAPTISTAE GANDINI Oratio Romae habita in Capitolio XII kal. Febr. a. M DCCC.
Novi saeculi spiritus – *I. ANTONELLI*.
Theologiae studia ceteris disciplinis iuvanda – *F. DESCHEINI*.
«Annus archaeologicus» – *FORFEX*.
Ave Maria – *F. X. REUSS*.
Fanaticus Indorum furor – *HERSILUS*.
De Onuphrio Panvinio deque eius operibus editis atque ineditis – *F. RAMORINO*.
De Vaticana aula quae vulgo «a Signatura» appellatur – *LAELIUS*.
Quid sit de telepathicis casibus sentendum – *R. SPINA*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Vita functi viri clariores – *I. F.*
Ex Russia – De calendario apud Russos immutando – *D. LASCARIS*.
De festo Purificationis B. M. V. eiusque origine – *F. C.*
Novum ad Orientem iter propositum – *A. L.*
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Librorum recensio – *F.*
Aenigmata – *P. ALEXIS*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Cinematicophonographus – loci ex historiis* – P. d. V.

IV num. ann. III.

Maurus Ricci – *Vox Urbis*.
Danti Alighiero in obitu sua Beatricis – *M. RICCI*.
Theologiae studia ceteris disciplinis iuvanda – *F. DESCHEINI*.
De criminibus in ingenuarum artium operibus – *I. ANTONELLI*.
Ex Germania – Lex operariis lata – *P. ALT*.
De reliqui's vetustissimorum animalium prope Romanum inventis – *y. z.*
Castitati honos tributus apud maiores – *A. COSTAGGINI*.
Nicola Machiavelli sententiae de bello et pace – *C. DEHO*.
De Lyrlia portu anglico – *H. A. STRONG*.
Communia vitae – De diversis animalium vocibus – *H. D. V. PIERALICE*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Vita functi viri clariores – *I. F.*
Canales qui maximi – *A. L.*
Fur a fure ludificatus – *F. X. REUSS*.
Quaestio de latini eloquii pronuntiatione responsum alterum – *P. A. ROVITTI*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Librorum recensio – *H. P.*
Aenigmata – *I. WABNER*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Nulla ex electride damma* – P. d. V.
loci – *I. SOLA*.

V num. ann. III.

Ad Virginem Deiparam ut Leoni XIII Pont. Max. annum nonagesimum expleti diuturnam impetrat incolumentem – *F. X. REUSS*.
De libro ab Herma conscripto cui titulus «Pastor» – *F. Card. SEGNA*.
De linguae latinae natura ac proprietate – *P. RASI*.
Notae apud maiores sacrae – *A. COSTAGGINI*.
Ioannes Ruskin – *I. ANTONELLI*.
Notitiae litterarum et artium – De anno et loco in quo natus est sanctus Thomas vulgo Aquinas – *T. PACI*.
Protrahendae vitae praecetta – *R. SPINA*.
Perseus et pugiles ab Antonio Canova insculpti – *LAELIUS*.
De casu ad res reperiendas homini utiles – *HERSILUS*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Communia vitae – Nonnulla quae ad convivium – *H. D. V. PIERALICE*.
Quaestio responsio – I. De latini eloquii pronuntiatione – *A. SORDET*.
II. De nomine telegrapho fili experti imponendo – *I. TASSET*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Aenigmata – *DIGAMMA*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Conditiones pro Jubilaeo Maiori seu Anni Sancti versiculis contentae memoriae iuvandae gratia* – *I. B. Sublimis Porta* – P. d. V.

VI num. ann. III.

De foedere inter Anglicas Australiae colonias – *ROMANUS*.
De linguae latinae natura ac proprietate – *P. RASI*.
Grammatici et rhetores apud Romanos – *I. IACHINO*.
In mortem Caesaris Cantù – *ALOISIA ANZOLETTI*.
Liquidus e fluido factus aer – *M. LANI*.
Bonarrotii tabula «Parcas» referens – *LAELIUS*.
Ex Americis – De pilae ludo «base-ball» nuncupato – *H. DOSWALD*.
De sacris stationibus – *F. C.*
Communia vitae – De supellectili mensarum – *H. D. V. PIERALICE*.
Vita functi viri clariores – *I. F.*
Horae subsecivae – Idibus Martis an. a. C. n. XLIV – *A. BASILI*.
Quaestio responsio – De recta Latina verba enunciandi ratione – *F. RAMORINO*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Librorum recensio – *FORFEX*.
Aenigmata – *A. E. DE DRUFFEL*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Stomachi photographia* – P. d. V.
Epistolarum commercium – A SECRETIS.

VII num. ann. III.

Christiane antiquitatis doctorum Urbanus convenitus – *Vox Urbis*.
De linguae latinae natura ac proprietate – *P. RASI*.
Ex Gallia – Ludovici Noni carcer ad Mansourah – *MONTELUCGIUS*.
Carmen natalicium – *A. BARTOLI*.
De perpetuo in Scandinavis regionibus die – *A. VIEILLOT*.
Puerorum lusus verno tempore Pompeiis – *LAELIUS*.
De rhedis electricide actis – *ROLANDUS*.
Quid inter pisces et kal. Aprilis? – *P. ALEXIS*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *II. – P. ANGELINI*.
Idiotarum institutio – *R. SPINA*.
Communia vitae – De priscis et odiernis edulis – *H. D. V. PIERALICE*.
Quaestio responsio – De latini eloquii pronuntiatione – *D. MACRAE – I. TASSET*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Aenigmata – *Fr. X. REUSS*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Melleae fodinae* – P. d. V. — *loci* – *I. SOLA*.
Epistolarum commercium – A SECRETIS.

VIII num. ann. III.

Christiane antiquitatis doctorum urbanus conventus (xv-vii kal. Maias M DCCC) – *G. P.*
De Iuvenco poeta christiano – *I. LEMETTE*.
Nuperrime circa «stelam» in Romano Foro effossa – *ROMANUS*.
Vita functi viri clariores – *I. F.*
Ioannes Baptista de Rossi – *A. COSTAGGINI*.
Fossaenovae abbatia – *H. D. V. PIERALICE*.
De Horatii Marucchi opere cui titulus «Éléments d'archéologie chrétienne» – *F. RAMORINO*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
«Dominica palmarum» – *F. C.*
Christo Redemptori regi saeculorum triumphanti – *F. X. REUSS*.
De torpedinariis navibus luce actis – *HERSILUS*.
Annales – *POPLICOLA*.
Publici per orbem coetus legibus ferendis – *SCRIBA*.
Sociis monitum – *Vox Urbis*.
Aenigmata – *DIGAMMA*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Nonnulla de Anglis* – P. d. V.

IX num. ann. III.

Christiane antiquitatis cultoribus Romae congregatis salutatio – *L. M. Card. PAROCCHI*.
Kalendis Maiis – De proletariis – *I. TONIOLI*.
De manuum labore inter gentes tuendo – *P. ROSSANI*.
Ex Germania – De Borussa Scientiae Academia – *P. ALT*.
De linguae latinae natura ac proprietate – *P. RASI*.
Socius peculiari dono ornatus – *Vox Urbis*.
Veterum navigia – *A. COSTAGGINI*.
Alexandri Manzonii carmen inscriptum *Il Cinque Maggio* – *M. RICCI*.
Textura electrica ac teletroscopium – *M. LANI*.
Auditus et musice – *R. SPINA*.
Polypi immunes – *ALPHA*.
Lollius sive de proiecta latinitate – *P. ANGELINI*.
Communia vitae – Venatores et venatoria – *H. D. V. PIERALICE*.
Christianae antiquitatis doctorum Urbanus habitus conventus – *A. L.*
Perillustri viro equiti Nicolao Galdo condolecentis animi sensus ob amatissimi filii excessum – *I. BROIA*.
Quaestio responsio – De latini eloquii pronuntiatione – *MICROVIR*.
Annales – *POPLICOLA*.
Librorum recensio – *P. A.*
Aenigmata – *P. GARRONE*.

In tertia operculi pagina:

Per orbem – *VIATOR*.
Varia: *Quid inter Napoleonem I et literam M. – Europearum in orbe usus linguarum* – *Psittaci pre-cantes* – P. d. V.
Epistolarum commercium – A SECRETIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE POPULARIBUS ITEMQUE AGRARIIS ATHENAEIS

GENTIBUS omnibus tam recentibus quam antiques tum imprudentia tum ignorantia perniciose fuerunt; his enim deceptae semel boni specie rectique carnificibus suis obedientes praebuere manus, et sibi innumera aliisque mala, immo suprema interdum exterminia peperere. Quae quidem neque fecissent neque tulissent, si quae facturae erant, si quae passurae probe novissent, de iustitia suarum rerum atque alienarum in communi concilio consilii agitatis, in quo non utilitas, sed iustum et aequum tantummodo preevaleret.

Atqui populare illud athenaeum, quod nunc apud Gallos oritur, tandem aliquando in haec videtur contendere, si plura eiusdem generis constituantur, si ab inceptis non diverterint, si dignitas, quae permanere debet, non modo steterit, sed in dies magis magisque invaluerit.

Itaque in ea Parisiorum regione, quae Sancti Antonii Suburbanum appellatur, sedes prima athenaei fuit. Stabant in speculis viri prospicentes quid inde esset; timebant enim ne quid efflueret, quod vel perturbaret, vel vexaret rempublicam, idque eo praelestum quum diarium *Préambule*, quod est a societate, cui nomen *Coopération des idées*, profiteretur aperte societatem. Hanc nihil de politicis, nihil de religiosis, nihil de philosophicis, nihil de proselytismo quovis vindicare sibi, sed unicum sibi congregare omnes ad bonum verumque expetendum, praeluentibus laetitia et pulcritudine animo quasi facibus semipternis; « ubi enim Spiritus Domini », Apostolus ait, « ibi libertas ». Excolent igitur haec instituta populum, atque ex eo non tribunos, sed viros cudent, qui saepe cum optimatibus in conciliis pares, fraternaque sede, nulla personarum acceptione, fidentes, infimas domesticae rei conditiones summis, et summas infimis consuetudine quotidiana concilient, stratumque inde iter ad omnia subruenda socialistarum.

Ita, operarius olim, Deherme conventum in aula constituit primo ex operariis, et muneri alicui tum privato tum municipaliter servientibus, ad viam *Paul Bert*; sociis mox crescentibus, coetum omnem transluit in aedem amplissimam, quam totam ab atrio ad solaria complevit. Illuc omnia, quae honesta sint animo corporique doctrina et solatio, cuique patent, nec pulcrius quid vespertino congressu. Novis adventibus in societatem tessera datur 0.50 francs emenda, qua de libris commodabilibus — bibliotheca enim adest — de urbanitate inter socios, de pavimento sputis non foedando, de non tangendis iis quae in parvo museo sunt. Tum additur ne quis vel barbum, vel improbum, vel ignarum existumet diversa sentientem, aut contraria dicentem; bona enim fide credere ac loqui quemquam oportet, nemo enim tam pravus habendus est, qui mendacium videat ac

tueatur; error autem veritatis vestimento saepissime induitur.

In iis autem quae vel addenda creduntur, vel refutanda, postquam omnes disserens alloquutus est, minimo verborum impedio utendum cuique, ut reliquis aditus ad obiiciendum vel firmandum tribuantur. Nihil illic admittendum, nisi honesto et libero atque incorruptibili homine dignum gestu, factu dictuque.

Quae cum ita sint, et severitate magna custodiantur, omne hominum cuiuscumque conditionis genus illuc adventat, illic inscribitur; tabernarii, adicti athenaeis magistri ac discipuli, operarii eorumque uxores, operariae puellae, et mulieres, pleiaeque etiam matronae, quibus beneficentissimis opportunitatis faciendi praebetur, cum ibi cominus videant ac sentiant, quae eminus tantummodo fama atque hac interdum falsa auscultassent; hinc novae quotidie amicitiae inter diversos, quibus illud efficitur ut unus sit sermo, unum cor et mos unus et anima una.

Est aula cibis parvo pretio vendendis, exclusa penitus vini specie quavis; est aula ludis honestis, avaritia semota, praecipue iis, qui corporis agilitatem, et mentis vires exercent, prouti eburneis pilis, taxillis, latrunculis, ludis lapillorum, diagrammismis atque similibus, exiguo admodum preevalentibus certa lege praemio concesso.

Insignis ubique mundities in sedilibus, in paribus, in mensis, in tabulis, parque simplicitas. Erunt aulae ad gymnicos ludos, ad medicorum responsa, ad responsa iurisprudentum, pharmacorum officina nummulis adeunda cuique, erit brevi vera *Domus populi*, in qua iustum, rectum, verum, bonum animo, corpori autem solatio eaque honesta, utilia, vel parvo comparanda, vel gratuitem penitus accipienda manebunt.

Dum apud Gallos ista geruntur, apud Nordicae Americae foederatas respuplicas audimus aliquid agi, et populariter agi, quod mox in popularia athenaeas, quae fortassis *Domos populi*, cum numero creverint, appellabimus, erit proculdubio invehendum; quamvis istud minoribus et provincialibus oppidis opportunitas, quam urbis credam. De ariis athenaei loquor, atque his et popularibus, et nuperrime constitutis.

Quae hoc sibi peculiare vindicant, quod dum in universitatibus, nempe athenaeis urbanis, praecepta traduntur, ut ita dicam, theoretica, habent in stationes totidem distributas, easque plurimas, aulas in regionalibus oppidis, pagis, agrisque finitimi, in quas camporum, latifundiorum heri et agricultae passim sive hebdomadarii diebus, sive quotidie statuta hora conveniunt, ibique quicquid novi est in fundis, quidquid experientia adipiscitur, quidquid coniecturis tenetur vel futurum, vel praesens, ad commune defertur, communibus ventilatur consilii, data cuilibet aequa libertate dicendi, referendi, obi-

ciendi; tum quae perspecta sint, seu quae sperentur, seu quae timeantur futura ad princeps cuiusque regionis athenaeum demittitur, ubi et peculiaribus commentariis evulganda traduntur, quorum lectores ii sunt in primis, qui et rerum auditores fuere et constitutores. Itaque non unius magisterio, non unius loci, regionis et provinciae experientia leges et critica agriculturae florent et vigent, sed quamplurimum, qui proprio marte rem iniverunt, et facto quae meliora priscis, quae optima in praesentiarum probarunt.

Quapropter tanquam in albo apud athenaeas, apud agrarias aulas habetur fundorum singulorum syllabus, atque uniuscuiusque additur lateri nota, qua ostenditur cui sementi opportunus idoneusque sit magis, vel maxime, et si, uti plerumque, longius quam par est ac latius protrahantur fines per vasta regionum, cuique loco iuxta indolem humi, naturali seu collis seu vallis, solem, quem spectet, vel quo careat, adsunt notae multiplices. Quo fit ut quis industriae cuivis agrariae manus admoveare velit, probe sciat quid ager valeat, quid ferre recuset, cui Ceres, cui Bacchus, cui Pomona, cui Fauni, cui Dryades et Amadryades magis arrideant.

Ex penarris patet triplici veluti acie res omnes geri; nempe esse athenaeas, esse instituta agraria, esse stationes agrestes; prima in urbibus quae provinciis praesunt, altera in oppidis pagisque, tertiae denique in agris. Quae ad agriculturam pertinent instituta iam duo circiter millia habentur, quibus invigilant auxiliatura collegia agricolaram, stationes experientes, seu experimentales, ut vocant.

Triginta ex civitatibus foederatis gaudent iam institutis huiusmodi pluribusque stationibus. In regione Massachusetts centumvigintiquinque sunt, quae tredecim hominum millia frequentant; in regione Indiana circiter centum, quibus vigintiquinque hominum millia interesse solent; in Wisconsin quinquaginta millia; in Michigan centumviginti agricolarum millia hisce institutis fruuntur assidue. Praeterea libri ex hisce eduntur, qui nocturnis horis ad domesticum focum in casis rusticorum legantur, qui amoeno stilo de serendis et educandis arboribus, de armentis custodiendis, et ampliandis, de horticultura, de caseificio, de omni domestica re bene constituenda, servanda, augendaque disserant.

Atque haec non modo viris et adolescentibus, sed iam ab ipsa pueritia cautum est — magistri in ruralibus edicunt scholis, puerosque edocent, singularisque ex hisce horticullos dispersentes ex agro scholastico colendos educandosque tradunt. Quid brevi futurum erit quisque noscit. Quid Italia esset prospexit bonoque patriae consuluit qui et de arboribus cavit, et rurales ludos agro voluit auctos, in quo, magistro duce, discipuli exercearentur!

P. G.

DE LINGuae LATINAe NATURA AC PROPRIETATE⁽¹⁾

Reliquum est, ut de sermone populi, quem locum proximum ab extremo, ut supra dixi, Weisius, ipsi ultimum tractandum suscepimus, pauca strictim attingamus. Atque illud iam constat inter viros doctos, linguam, qua populus proprie, et linguam, qua homines urbani doctrinaque elegantiore expoliti plerumque utuntur, non eadem ratione inter se contineri, quae sit tamquam in filia cum matre, proinde ac si illa ab hac (ab huius scilicet corruptela) exstiterit, sed potius utramque transversa quadam, ut ita dicam, cognationis linea notari, ut et populi sermo et sermo urbanorum ab uno fonte, quae sit lingua prisca seu vetustissima, manaverint. Sed inter duo extrema, sermonem, inquam, populi et sermonem illum accuratum ac politum, quo in scriptis utuntur, medium quiddam esse videmus, sermonem communem vel cotidianum (communem loquendi consuetudinem), cuius imprimis habentur fons uberrimus ac purissimus, unde exempla urbanitatis plena hau- riantur, Ciceronis epistulae et Horatii sermones (*epistulae et satira*); quod scribendi genus Flaccus ipse sermoni *propius* vel per humum repens appellavit. Sed qua demum aetate litterae Latinae nasci dictae sunt atque efflorescere coeperunt, multa iam amiserat sermo vulgaris vel plebeius, atque praecipue in syllabis finalibus, ut litteram d casus ablative, ut literas m, s, t aliasque, neque id solum in extremis, verum etiam in mediis verborum syllabis. Quod si iam tum, ut alia mittam, in prisca Latinitate diphthongi, quae sunt ei, eu, ou, ai, oi in i, u, ae, oe confluxerant, postea etiam factum est, ut ae in ē, au in ō abiret, ut verbi causa si audes in sōdes. Cuius rei exempla sunt nomina quoque gentis *Clodiae* vel gentis *Plotiae*, quae ex *Claudiis* et *Plautis* inclinata sunt. Quin etiam hanc linguae immutationem in optima quoque Latinitate nonnumquam cernere licet, veluti in verbo *explodendi*, vel in participio quod est *lotus*, quae formae aequi usu receptae sunt atque *applaudere* vel *lautus*. At luculentissimum argumentum huius inconstantiae ac tamquam fluctuationis, qua in litteris appellandis enuntiādisve laborabant Romani, afferit Weisius, quippe qui nos vocem quae est *origa* (= *auriga*) attendere iubeat. Cum enim huius vocabuli veriloquium (sic Cicero novata verba eaque dura usu mollire conatus ἐπολογίας Latine reddere frustra studuit; cfr. Quintil. I, 6, 28) in voce quae est *oreae* (vulgo etiam *aureae* dictae) statuendum sit (nempe ab ore, cum *oreis* i. e. *habenis* plerumque equi regantur) (2), quaeritur, qui factum sit, ut,

(1) Cfr. num. sup.

(2) « *Oreae freni, quod ori inseruntur* », FEST. Cfr. etiam in re nautica *ora*, ae = quoddam funis genus. Alteram autem compositi partem esse ago, non vero rego, ut nuper disseruit R. EHWALDIUS (*Arch. f. lat. Lexicogr. und Gramm.* IX, p. 307), equidem puto. Nam ex *auriga*, ut vult Ehwaldius, *auriga*, non *auriga*, exstitisset, cum hic non duas syllabas in unam coaluisse, sed alterutram syllabam per apocope esse detractam dicendum sit. (Cfr. per analogiam *hor[ro]riser*, *cor[di]dōlium*, *se[mi]mōdius*, cet.). Quod vero Ehwaldius conferri iubet *stipendium* (= *stipendium*, ex *stipe* et *pendendo* conflatum), hac in re non esse audiendum virum doctissimum crediderim, cum *stipendium* non « compensationis » ope ex *stipendio*, sed « positionis » lege ex *stipendio* profectum esse, veri similius videatur. Etiam quod ait Ehwaldius « die *aureae* resp. *oreae* aber regantur, nicht aguntur », hoc in contrariam partem affero, ita compositum, de quo quaeritur, explicari posse, ut intellegatur *orā* (cuius sint affinia *oreae* vel *aureae*) agi vel agere: sic ut ex *orā* et *agendo* recte factum sit per contractionem, quae dicitur, *origa* (= *auriga*). Cfr. in re simili *castigo* (*castum ago*), *fustigo* (*fustum*, immo *fustē* vel *fustū ago*), cet.

contra id quod quispiam opinari poterat, urbane *auriga* dicatur, plebeia vero ac rustica, sed hoc loco iusta atque incorrupta, eiusdem vocis appellatio sit *origa*. Atque mirae huius rei causam cum quaereret, hanc veri simillimā repperisse mihi videtur Weisius, quod cum vulgarem loquendi sonum, ut sibi videbantur, et quandam in verbis enuntiādis rusticatatem fugere vellent homines urbani, vi ipsa vocabuli veraque eius notatione minus intellecta aut negligenter animis obscurata, *aurigam* pro *origa*, quod pingue quiddam ac subagreste sonaret, putidius primam syllabam exprimentes dixerunt: quamquam ad hanc vocis appellationem stabilendam ac vulgandam adiectivum ipsum quod est *aureus* non nullius momenti fuisse videtur.

Sed quae adhuc illustranda mihi supersunt, nūc paucis praecidam, ne me, ut est in quodam proverbio Horatiano, Crispini scrinia lippi compilasse putas. Ac plerasque verborum immutationes, quibus aut nomina in casus aut verba in tempora modos (1) declinanda utitur populus, ad id esse comparatas atque conformatas, ut commodius expeditiusque verba ipsa enuntiarentur, idque vocibus modo dilatandis, modo contrahendis, modo etiam distrahendis, syllabisque ipsis tum corripiendis, tum producendis multisque aliis loquendi rationibus usurpandis plerumque fieri, et iam alii ante ostenderunt et Weisius ipse diligentissime persecutus est. Qua in re satis nota taediique plena ne elatus studio longior videar, quam par est, illud satis habeo commonere eos, qui legent haec, multa nomina Graecae originis reperiri in lingua Latina, quae ex studio cum eorum formas ad aures ipsas appellandique vulgarem consuetudinem aptandi tum aliquid significantius exprimenti profecta esse videntur: ut ex urbe Samnitium, quae Graeco nomine vocabatur Μαλέντιον (= *Malēuentum*: cfr. Dor. μάλων, Att. μάλην = h. e. *urbs mālorum*), primum in ore populi factum est *Maleventum*, quasi idem sonaret et significaret atque urbem mali venti; deinde Romani, quadam victoria ex Pyrrho ibi adepti, boni omnis causa nomen urbis in *Beneventum* mutaverunt (2). Eademque ratione ex Graeca voce, quae est ἀρισταλλον, cum auribus auri sonum percipient dixerunt *aurichalcum*, et Ἀντάρχας factum est in ore Latino *Agrigentum*, proinde ac si nomen ab *agro* duceretur. Cetera omitto, sed nolim equidem novam interpretationem (quae quam vera sit aut

(1) Non recte Weisius, quantum eidem iudicare possum, ut doceret, modum subiunctivum sensim et paucum labentem ac deficientem indicativo magis magisque in dies locum cedere, exemplo omnibus noto adlatu « cui dono hunc librum? », haec addidit: « klassisch cui donem hunc librum? = wem schenke ich gleich dieses Buch? ». Nam et Catullus ipse in *lepidō novo libello* donando conjunctivo modo uititur, nec res est simpliciter diiudicanda, cum modum a sententia ipsa pendere aptumque esse, dicendum sit, prout illa aut *affirmative* (cui dono? = non dubito, certum habeo, cui donem = tibi dono) aut *dubitativa* (cui donem? = in dubio sum, cui donem = nescio, utrum tibi an alii donem) efferatur.

(2) Illud autem vereor, ut adsentiri possim Weisius, cum scribat (p. 128 sq.), *Parcas κατ' εὐφυμαρόν a parçendo* (antiqui contra κατ' αντίρρεσσιν a non parçendo, ut nomen luci a non lucendo, caeli a non celando, cet., hanc vocem ducebant) appellatas esse, perinde atque Εὐενεδίες, h. e. benevolae, vel Σεμνά, h. e. venerabiles, dicerentur *Furiae* a Graecis; probabilior enim milii videtur eorum sententia, qui, collato nomine quod sit apud Graecos Μοῖραι (cfr. μέρος, μερόμαι), eandem vocabuli Latini originem esse putant atque *partis* vel *partiendo*, ut vocabulo ipso ea *vita pars*, quasi in hoc mundi devorsorio commorandi terminis circumscriptis, significetur, quae singulis hominibus in vitam venientibus a fato ex veterum opinione praestituta sit.

veri similis alii viderint) silentio praeterire, quam de historia fabulari Romuli et Remi lupae uberibus nutritorum proposuit Weisius (p. 119). Putat enim vir eruditissimus, se fabulae originem in similitudine nominum invenisse, quam inter se praebent *ruma* (*ruminis, rumen* = « Euter, fliessende Tierbrust »), *Rumo* (vetustissimum fluminis Tiberis idemque urbis Romae nomen: *rūmo* = *flumen, fluvius*, cfr. βάθη; Roma = quasi *fluminis urbs*), *Romulus* (= quasi *fluminis urbis filius*): qua fabulae commenticiae explanatione ingenium quoque Romuleae gentis ferae violentum atque confidens tecte tangi et significari. (Ad proximum numerum).

PETRUS RASI.

DE STILO ARTIS CHRISTIANAE⁽¹⁾

Vos omnes ad Christianae Archaeologiae incrementum in Urbe congregatos primum ex animo salvare iubeo: latine autem loquor, ut unusquisque vestrum meam facilius mentem assequatur. Quod mecum ipse diu cogitavi, hodie depromere iuvat, vestrasque audire sententias.

Ars vitam omnino propriam agit; ea vero nec ethnica, nec christiana est; cuncta in mundo et extra amplectitur. Duabus partibus ipsa constat: una in spiritu et intellectu inest, altera in materia et forma. Vetustiora artis christiana monumenta in hypogeis fuere picturae, rariores sculpturae, ut Boni Pastoris divique Hippolyti simulacra, quae nūc in museo Lateranensi adspiciuntur, et sarcophagi anaglyphis exornati. Picturam, utpote quae minus materiae subiecta et ad animi sensus exprimendos aptior, priores Christiani sculpturae praeposuerunt: cuius rei vestigia a II saeculo manent; videlicet, cum ars nostra, remotis naturae exemplaribus, ac luxuriosis ornamentis pulchritudini substitutis, post Antoninos imperatores in imum miseriter collapsa est.

Quod attinet ad partem primam artis nobiliorem, amor, pietas et mysticus candor diffunditur in vultu Deiparae ac Caelitum, qui divino quodam sermone suavissime cordibus loquuntur. Novus hic sermo ab ethnicis ignorabatur; in hoc Christiana Religio triumphat.

Pars altera vero artis sive in hypogeis, sive in templis miserrima, non indoli huius novae Religionis imputanda: non vitium ipsius, sed temporum. Si enim peritus artifex melioris aetatis imagines illas pinxit, formosas et venustate praeditas profecto confecisset. Nunquam deformitatem adamavit, nunquam mentis humanae progressui in optimis studiis obstitit Religio. Adversa loqui absurdum, eique iniuriosum.

Haud secus de epigraphia accidit. Candida simplicitas, affectus animi suaviores nitent; at humile dicendi genus longe abest ab elegantia aureae latinitatis: quod dissimiliter evenit, quia bonarum artium studia felicius revixerunt, et latinae linguae successit interitus. Fallax igitur opinio plures non modo veteris, sed nostrae aetatis quoque censores pervadit, nempe christianas esse imagines tantummodo depictas rudi illo stilo, vel byzantino, qui, propter artem pene demortuam per saecula sic exstitit, donec post medii aevi obscuritatem, vera phoenix, virtute Italorum resurrexit. Nec puritatem, nec sanctitatem antiquae Fidei deseruit, sed in eximiam formam redigit linearum studio, colorum, umbrarum et luminum. Testis Iocutus caeterique artifices saeculi XIV;

(1) Quod clarissimus vir, Romanus litteratus, ea quae in christiana antiquitatē Urbano conventu dixit nobis edenda commiserit, Vox Urbis gratias refert.

praeterire, quam
i lupae überibus
(19). Putat enim
m in similitudine
praerent *ruma*
de *Tierbrust* »),
ris idemque urbis
luvius, cfr. *ſerū*;
lus (= quasi *flū*).
commenticiae ex-
leae gentis ferae
ngi et significari.
PETRUS RASI.

STIANAE

aeologiae incre-
os primum ex
loquor, ut unus-
tem assequatur.
odie depromere
it; ea vero nec
n mundo et ex-
sa constat: una
a in materia et
monumenta in
pturae, ut Boni
, quae nunc in
sarcophagi ana-
quae minus ma-
is exprimendos
e praeposuere:
t; videlicet, cum
aribus, ac luxu-
titutis, post Anto-
r collapsa est.
artis nobiliorem,
unditur in vultu
uodam sermone
is hic sermo ab
christiana Religio
hypogeis, sive in
oviae Religionis
porum. Si enim
s illas pinxit, et
to confecisset.
unquam mentis
is obstitit Reli-
inuriosum.

Candida sim-
ent; at humile
tia aureae lati-
bonarum artium
nguae successit
non modo ve-
sores pervadit,
tummodo depi-
, propter artem
it, donec post
ix, virtute Ita-
ie sanctitatem
am formam re-
rarum et lumi-
ces saeculi XIV;
eratus, ea quae in
dixit nobis edenda

testis Beatus ille Angelicus, qui piae aliis hac de causa excelluit, et fere imagines de caelo in terram adduxit. Quid de Virgine divi Sixti a Raphaële depicta dicam, quid de Christo in Thabore? Nonne in facie quamvis pulcherrima fulget divinitas? Quinimo subsidium ad maiorem divinitatis significationem pulchritudo est. Quamobrem priscum illud genus artis christiana ab imitatione naturae tam absens, et a nostris moribus tam alienum hodie exigere nefas duco, eo magis si manus operi admovereatur.

Ars nuncupanda est christiana ratione materiae, non formae, eo quod hanc communem habebat cum ethnica illius aetatis arte, ut supra dixi; unde sensus divinae Religionis aliter explicare non potuit. Res est quae ad historiam et archaeologiam pertinet; qua ex re minime sequitur artem christianam, quin Religionem dignius praesentet impediendam esse, et honesto pulchritudinis lumine sacras imagines oculis obiciat.

Quae sentio vobis exposui; auctoritatib[us] vestrae defero; resonsum date.

Rome quintodecimo ante kalendas Maias, anno sacro MDCCC.

BASILIUS MAGNIUS dixit.

CULTORIBUS CHRISTIANARUM ANTIQUITATUM
CONVIVIUM HABENTIBUS

Quam bene Christiadum, o socii, monumenta nitescunt
Vestrī ex studiis! Fulget in arte Fides.
Et calami et linguae post tot variosque labores
Inter vīna, dāpes, vos recreare iuvet.
Adsil laetitia, ac resonet nūc aula cāchīni:
Salvete: en vobis omnia fausta precor.

BASILIUS MAGNIUS.

NOTITIAE LITTERARUM ET ARTIUM

Ad Tarentum inventa.

EXTREMIS iam delapsi anni mensibus prope Tarentum monumentum inventum est maximi momenti ac ponderis ad christianum nomen, utpote quod fidem primo facto Ecclesiae Romanae historiae luculentissimam addat.

Communis semper fama et sermo hominum fuit ad nostram usque aetatem, sanctum Petrum, apostolorum principem, cum Antiochia Romam veniret, Tarenti in Apulia brevi constitisse, ibique plurima edidisse miracula. Rerum scriptores omnes Tarentinarum, quorum gravissimi Giovan Giovane, Merodio, Carducci, alii denique multi histrio scribentes famam retulerunt. Eam vero notationibus ornarunt non tantum locum spectantibus, quo sanctus Petrus orationes de rebus divinis habuit ac Tarentinos ad unius verique Dei cultum convertit, verum etiam quo sacra aedes exstructa est Christo Iesu dicata.

Atqui clarissimi quidam antique artis studiosi templo hoc nuper loco invenerunt, cui vulgo nomen Solito, iamque integra in lucem edita est « crypta » cuius a Merodio in historiis his fere verbis fit mentio: « Ex iis quae sub Amasiano, primo Tarentinorum episcopo, erecta sunt templi, maximum haud dubio est, quod vulgo S. Maria di Murivelere nuncupatur, cuius genus structurae antiquitatis esse monumentum evidenter comprobatur. Verum quod hoc in loco praecipua dignum duco memoria, quidam profecto est specus, ubi vetustissima cernitur Dei Servatori imago in pariete picta et ara, in qua fertur beatus Petrus sacrificia fecisse. Ibidem etiam arcus exstat et sors, ex quo profluunt aquae dulcissimae, eundemque fontem esse censeo deo Soli sacrum, de quo bibens sanctus Petrus signo Crucis simulacrum prostravit ».

Omnis autem rerum scriptores tam de prodigio quam de Solis simulacro eo positio loco unum idemque sentiunt, immo ex hoc existimant nomen vulgo Solito accipisse; praeterea res est historiae fide comprobata, ibidem fontem extitissem deo Soli sacram. Omnia autem, que

prope Tarentum inventa sunt, convenient quidem iis omnibus ex Merodio ad verbum fere transcriptis: quare quisquis profecto intelligit, quam magnam apud omnes vim habeat huius vetustissimi monumenti recens inventio.

T. PACI.

AD MARIAM

MENSE MAIO VOLVENTE PACIS VOTA

En rident Maius; praesentior ipsa videris
Carior et vultu, Virgo benigna, tuo.
Maius bis senos menses pulcherrimus inter
Est sacer ipse tibi laudibus atque tuis.
Te natura polo terraque marique potentem
Laeta colit laetis plausibus usque sonans:
Splendidior caelo lux emicat alma sereno,
Itque tibi insolito clara nitore dies.
Cerne, age ut innumerous tellus tibi daedala flores,
Utque arbor virides pandit ubique comas;
Laetaturque novo tibi mons adopertus amictu,
Quem iam sol niveis exult aggeribus;
Nec cessant volucres dulci modulamine cantus
Exserere et nomen paene referre trum,
Qua citro halantes felici et gramine ripas
IRRORAT liquidis lenis Oretus aquis,
Dim Zephyrus volitans campos persultat apricos
Et mulcat tepidis aera flaminibus.
Fulgentisque procul tibi rident aquora ponti,
Ludentes quem animae leniter horrificant.
Ipse nova percussus homo dulcedine gaudet
Naturae voces consociare suas.

Verete oculos quamcumque tuo stent condita honori
Templa auro aut gemmis fulgida divitibus.
Floribus en redolent sertisque recentibus aerae
Praecinctae, innumeris et rutilant facibus.
Effigiem ante tuam populi quam cerno ruentis
Agmina densa humili sternit obsequio!
Ipse ades ambrosia ridentis imagine vultus,
Et pietas et amor matris ab ore micant.
Cunctorum hinc grato recreantur pectora sensu,
Hinc coepere novis fervere laetitiis,
Festivum et carmen laguaribus assonat aureis,
Dum digitii celeres organa sollicitant.
Te in numerum laudant pueri innuptaeque puellae,
Te facilem matres in sua vota vocant
Sive dolent natos morbo tentarier, armis
Seu procul insuetas alteruisse manus;
Grandaevique senes, tremula cum voce, rosarum
Temporibus nectunt mystica serta tuis.
Et te cum summo perlubitur aequore nauta
Longius adspiciens litora nota canit;

Te simul agricultae, dum umbras et frigora captant,
Ut relevance nimio membra labore canunt.
Et cum sol oritur, medium cumque hauserit orbem,
Cum devexus aquis mergitur occidui,
Quo die civis gratum tibi dicere salve
Turribus e sacris aera repulsa monent.
O quis terrigenum dulcis concentus ad aures
Terrarum ex omni convolat orbe tuas!
Ast, heu! quot miscent hymnis suspiria, fletus,
Quies dolor aut moestus pectora adurget amor.
Si qui te celebrant ferventi percit amore
Caellestis recreas munere praesidii.
Volve benigna oculos miseris quos vexat egestas,
Quos lacerant odia atque effera dissidia.
Confecti esurie et rerum per acuta gementes
Experiantur opem, Virgo benigna, tuam:
Tu, precor, afflictis requiem mortalibus affer,
Effunde et larga prospera quaegue manu.
Atque trahens populos ad te omnes numine amico,
Materno foveas, blanda Paren, gremio,
Ut pulsis odiis procul et discordibus armis
Optatae pacis praemia laeta ferant.

Monte Regali, ex Ephebo Archiepiscopali.

JOSEPHUS SOLA.

ROLANDI FABULA

E PICUM carmen notissimum quod *Chanson de Roland* nomen habet neque unicum est quo praestantissimi ducis gesta apud Gallos enarrantur, neque venustissimum. Actatis enim ferrae carmina, quotquot in populum vulgata sunt, vitam bellatoris reliquam, posthabitus hebdomadis eius supremis in notissima cantiacula relatis, per partes enarrabant, ut, puta, *Carmen Montis Asperi vel Carmen Gherardi de Viane*; de pueritia autem eius et de infancia multa plerisque incompta tradebant. Quibus ex fabulis commentarius qui inscribitur: *Nouvelle Bibliothèque Bleue* Lutetiae editus iucundissima haec cl. viri A. D'Avril opera conflata recens protulit.

Itaque de Rolandi pueritia haec tradita sunt:


Carolus Magnus imperator cum novisset Gillie, germanam sororem, Milon equiti ex imperatorio comitatu clam nupsisse, vehementer iratus est. At recens sociati imperatoris iram, quam praeter modum flagrare interdum experti fuerant, pertimescentes, Italianam versus aufugerunt, ubi Milon silvis colendis operam dedit, ut vitam traheret. Tunc natus est ipsis puer, quem baptismo ablutum Rolandum appellauit; hic vero adeo herculeis viribus brevi adlevit, ut sese fascis obvolvi nunquam sineret. Mater autem paulo post visum de puero vidit retulitque marito aiens nati virtute proxime futurum, ut omnes simul in patriam redirent, natumque bellica laude aequales omnes superaturum.

Paucis post annis Carolus Magnus imperator reddiens a bello, quod contra infideles in regione egerat in qua soror abdite vivebat, bis septem dies moratus est, publicoque edicto sponponit omnes qui ad aulam visitaturi accessissent, honestis auspiciis receptum iri, paratasque mensas sibi inventuros. Rolandinus itaque hoc enim nomine puer a parentibus vocabatur – tricens forte aequalibus comitatus ad aulam cucurrit, singulique renuentibus ante sese ingredi, ipse primus transiit, splendidiasque epulas, quas nunquam domi viderat, intuens, concedit audacter, atque alacriter edere coepit non sine maximo imperatoris delectamento.

Coenatus vero potusque lautissime, panis atque carnium frustula in pera detrusit. — Num — rogavit Carolus — potus vel epulatus tibi haud satis fuit? — Cui puer: — Adsumo haec, ut parentibus deferam. — Quibus auditis imperator iussit saccum proferri, quod dapibus omnibus refertum puero tradidit, ipsumque in crastinum invitavit. Interea vero militibus secreto imperavit ut quo puer iter converteret ipsum sequentur: at Rolandinus vix ex aula egressus tam citissimo cursu evolavit, ut a sequentium oculis brevi auferget; quod quidem aegre audivit imperator, existimans puerum tam sibi carum crastina die non reversurum. Rolandinus domum attingens, quae sibi acciderant parentibus enarravit; at mater nimis sollicita statim facta filium admonuit: — Rex ille magnus, pulcher, nobilis, frater meus est: noli ad eum redire. — Promisit puer se matri paritum: contra sequenti die iterum ad aulam accessit ab omnibus illum manentibus laetissime exceptus.

Cum vero domum reverti instituit, Naymium ducem equo insedentem post illum Carolus misit, qui cum ad mapalia miserrima pervenisset, ubi Rolandi parentes commorabantur, eos statim agnoscit duxitque ad imperatorem. Qui primo attonitus, deinde vehementer iratus, postremo tandem misellis pepercit inquietus « Rolandum christiana rei accipitrem futurum ». Quae dum contingunt, Rolandus in triclinium intuens unum anxie quaerebat oculis, an mensa parata esset...

I. ANTONELLI.



DE PRAECIPUIS BASILICIS URBIS

Qui jubilearis veniae cupidi anno Christi quinquagesimo supra millesimum et sexentesimum conveniebant in Urbem, ii visitandas basilicas intuebantur haud certe quales hodierni intuentur, sed quales, depromptis ex illius temporis libro imaginibus, exhibemus. Quoniam autem qui Romam hoc anno convenient plerique in eis immutata, refecta plerique, addita quoque multa conspicient, operae pretium ducimus de singulis aliquid expondere quo brevi ritu debemus.

Ad nomen quod attinet, basilicae fuerunt olim illa nuncupata aedificia, quae praedispositis porticibus locum darent ab aestu tutum ac pluvia tum fastis diebus reddituro iura imperanti, tum potentibus et accipientibus civibus. Dum penes commune ius fuit, quidquid capital esset, vel circa, iudicia populi cognoscabant, et erat in aperto et sub dio locus iudiciorum in foro; postquam ius in arbitrium principis redactum est, basilicae, nempe haec porticibus praecincta aedificia, locus iudiciorum fuere (1).

A christianis vero passim basilicae ea tempora sunt vocata, quae regio more, magnificentia regia extruebantur, praesertim si regiis auctoribus gloriarentur.

Nunc ad singulas. Atque illa prior esto quae « ecclesiarum Urbis et orbis mater et caput », *Constantiniana* dicitur, quia Constantinus imperator, cognomento Magnus, Lateranorum aedes, imperatorum tunc temporis res, sancto Silvestro Papae, anno 314, donavit, qui egregium templum Servatori dicavit, et patriarchium constituit in ipso palatio Lateranensi, quod usi Pontificibus mille circiter annis fuit. *Aurea* quoque appellata est divitiis propemodum innumerabilibus, quibus explendescet, ipso imperatore magnificentius cumulante, quas qui cupiat cognoscere Anastasium Bibliothecarium accedit. *Lateranensis* insuper dicitur vetusto nomine dominorum, qui olim ante Augustorum aetatem possederant locum, mollem exstruxerant et ornarant. Quinto mensis Maii die, anno 1308, flagravit incendio ac paene subversa est. Anno 1313 patriarchium eadem horrenda perpessus est, et, ne prorsus etiam memoria periret, quot exinde fuere Pontifices, totidem incubuerent ut restituerent, neque intermissum est opus ad nostra usque tempora, quibus nova absidis molitione a fundamentis, novo ornato picturis, muisvis operibus, et sculpturis, addito etiam regio prospectu in septentrionale latus, et porticu, quasi maximus priscis cumulus accessit.

Quae pars autem spectat contra orientem solem, digna fronte, tiburtino marmore aedificata, in Apenninos prospicit, et plateae amplissimae imminet. Neque silentio praeterreunda causa est, qua sanctissima haec arx, Christo Iesu Servatori olim dicata, utriusque Ioannis, Baptiste nempe et Evangelistae, nominibus decoretur. Narrat enim Paulus D'aconus, anno 568, Langobardis vastantibus monasterium Cas'nense, monachos a cæde effugisse et incendio, et, Pelagio I conoedente, templum coenobiumque exstruxisse iuxta basilicam Servatoris; templum autem

(1) Cfr. SENECAE lib. III *De ira*, cap. 3; PLINII lib. III, ep. 33; ISIDORI lib. V *Originum*.

sancitis Pancratio martiri et utrique Ioanni dicasse. Quo factum est, ut refecta basilica nomina secum omnia tulterit ipsisque festis eidem solemnia agat.

Vaticanae autem basilicae, cuius frontem damus, longe a praesenti diversum fuit opus; quippe tunc neque porticus ingentes, neque ambo copiosissimi fontes, neque Apostolorum signa exstabant. Fortassis aut pro completis dat geminas turres campanarias, aut haec erat moli præscripta frons. Quid autem intra parietes? Quamplurimae deerant statuae, multa marmorum, multa ornamentorum vis et virtus deerant, quae omnia nunc certe non desunt. Atque ego non ita amens ero, qui seriem rerum, qui thesauros, qui mirabilia templi huius tentare ausim. Unum sit innuere originem eius, nempe a sepultura Principis Apostolorum, cuius sanctum cadaver Cletus presbyter martyrum comitantibus funeralicio iure christianis, hic in cryptis Vaticanae catacombe recondidit, ac postea super oratorium aedificavit. Alio delatum, postea redditum loco est, et Constantino Magno iubente augustum templum ac speciosissimum, magnum auri argenteique pondus non modo in opus, sed in supellectilia effusum. Quid ultra? Portae argenteae erant. Ab uno cetera dices. Nicolao V Pontifice, satiscentes parietes opem a fundaminibus postulabant; hic remissior ac tardior; at Iulius II moras omnes rupit, aequavit vetera solo, novaque, Bramantio auctore, fundamenta iecit. Paulus V aliquid addidit, sacrarium Pius VI, de quo eruditissimis grandibusque voluminibus pulcherrima retulit Cancellarius. Reliqua videre potes, enarrare non potes.

Basilica S. Pauli longe nunc alia; nam ea nocte, quae inter xv et xvi Iulii mensis diem est, subito igne correptum, immane templum, cedrinis, ut aiunt, insigne trabibus (credo potius abiegnis, at mole singularibus), sexcentis sublime columnis, operibus celeberrimorum virorum celebrissimum et ipsum, anno 1825 concidit, praeter absidem ac tumulum sanctissimi Apostoli, a quo flammea mire refugerant, quasi sacrilegii metu contingere horruissent. Tanta calamitate christianus orbis universus ingemuit; at non diu segnis in lacrimis; nam, adhortante Leone XII, totus fuit ut incensa et perdita iterum constituerentur et restituerentur. Argento igitur undique collato Ostiensis basilica reficientium agminibus strepere coepit, et inter quinque et septuaginta annos ferme ad pristinum, immo ad ampliorem et speciosiorem formam felicissime rediit.

Etiam hanc, olim Silvestro flagitante, Constantinus Magnus erexit in praedio Lucinae, ubi apostoli Pauli corpus pauperaverat antequam in Vaticana deducerent. Tres huic imperator munificentissimus ministeriales calices derat aureos duodecim librarum pondo, viginti argenteos decem librarum pondo singulos, quatuor vasa argentea ducentarum librarum pondo, auream patenam triginta librarum pondo gemmis distinctam, et auream crucem centum librarum super sepulcro Apostoli erexerat; redditus basilicae ejusque ministris imperatoria magnificenter dedit et Tarso Ciliciae provinciae, atque ex pluribus Asiae Romanæ regionibus. Insuper porticum marmoreis editam columnis plumbeisque laminis et cupreis auratis conectam a porta Ostiensi ad basilicam per quindecim stadia con-

stituit. Theodosius et Anorius Augusti, Adrianus II et Benedictus II Pontifices restaurarunt, ornarunt. Vindelici, Saraceni depopulati sunt eam, terraemotus quassavit, ignis damna intulit; at Pontifices plures ita in restaurandam incubuerunt, ut ipsa pateret amplissimum et splendidissimum catholicæ nominis pietatisque monumentum. Nunc quasi novo vere revirescit, rursusque assurgit oculis admirabile signum.

In prodigiis coram populo basilicae S. Mariae Maioris origo. Apparet enim noctu Dei Genitrix piissimis coniugibus e patriciis, monetque ut aedificant in Esquilis templum Matri Dei iuxta modum, locumque quae nix (quinta Augusti mensis nox erat) designaret. Mox illi ad Pontificem Liberum, qui comitate clero et populo Esquilis adest, nive obrutum locum reperit; nec mora, ligone notat ambitum templi. Haec anno 352. Restaurat hoc anno 432 Xystus III; porticum addit porphyreticasque columnas Eugenius III, anno 1145; porticum restaurat Gregorius XII, an. 1532. Praesentem fecit porticum - prior enim satiscebat - servato tamen opere musivo in superiore ambulacro, Benedictus XIV, an. 1743. Gregorius XI campanariam extulit turrim, 1377; columnam Paulus V erexit, 1614. Septemtrionale frontem, gradus, omnesque in circuitu parietes tiburtino marmore decoraverunt Clemens X et Clemens XI. Obeliscum extulit Xystus V, an. 1587; contignationem laquearii sculpi iussit Caelestinus III, anno 1191; Alexander VI, anno 1492, laquearium auro iubet distingui, foliisque, maeandris et figuris insigne fecit. Xystus III musivo opere medium navem constravit an. 432. *Confessionem*, ut aiunt, marmore pretioso vestivit, suique orantis simulacro ornavit nostro tempore Pius IX. Quid vero de Burghiano? Quid de sacello Praesepis Dominici?

Obruimus magnitudine rerum, doletque unice iniisse sermonem iniquum rebus, quia exiguum et fere nullum; iniquum fortasse et conimentario, quia cum vix e pluribus unum recenseat, perpetuitate tamen sua penitus integros commentarios occupare videtur.


ALPHA.

FLORA

QUAM exhibemus imaginem coloribus ille olim fixit, quem artis pictoriae codices Sandro Botticelli applicare solent, correpto nomine, quo « Alexander » nunquam abitur. In tabula egregia, quae *Ver* dicitur, hanc habemus, et inde deprompsimus, ea tantum quae ad vultum attinent referentes, ne, si ex integrō posuissemus, mirabilis picturæ exiguitas pulchritudini officeret singulari.

Maiores nostri hanc in deorum numero esse voluerunt, ipsique ludos ac tempa dicarunt, Floramque nominantes, opportune sacros illi dies voluerunt, qui nostra in regione praesertim floribus ubique rutilantibus celebrantur, atque hanc Veri comitem sociamque iucundissimam addixerunt.

Quid prisci de illa in fastos retulerint ex Ovidio habemus in libro, qui *Fastorum* inscribitur, ac tum ab Ovidio, tum a Valerio Maximo scimus quos ludos Roma



Adrianus II et
arunt. Vindelici,
quassavit, iugis
restaurandam
et splendidissi-
mentum. Nunc
igit oculis admi-

. Mariae Maio-
Genitrix piissi-
aedificant in
um, locumque
rat) designaret.
bitante clero et
m reperit; nec
nec anno 352.
porticum addit
anno 1145; por-
aesentem fecit
o tamen opere

XIV, an. 1743.
1377; colum-
alem frontem,
tino marmore
XI. Obeliscum
hem laquearii
Alexander VI,
gui, foliisque,
musivo opere
nonem, ut aiunt,
simulacro or-
o de Burghe-
ci?

e unice iniisse
sere nullum;
vix e plurimis
nitus integros

Quae fueril mibi forma, grave est narrare modestae,
Sed generum matri repperit illa deum.

Haec autem Zephyro nupta, dea ex nympa facta est,
et grande illi, nullo aemulo, imperium in Insulis Fortu-

Florae dicaverit, quae potissimum certamina ibi agita-
rentur, quae tempora iis constituta, denique nomen quo
vocabantur. Nota breviter attingemus, satis est memorare
eruditis; verum recentiora nonnullis adhuc ignota, aut
saltem non animadversa feremus.

Vere fruor semper; vere est nitidissimus annus,
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mibi foecundus dotalibus hortus in agris,
aura sovet, liquido fonte rigatur aquae.
Hunc meus implevit generoso flore maritus,
Atque ait: « Arbitrium tu, dea, floris habe ».

Sed a floribus ad fructus brevis est via. Hinc et ea-
dem pomorum, et messium dea conclamata est, et Marte
in primis dante locum, templa et circum, in Urbe illi
sacra sunt constituta; nam

Si bene floruerint segeles, erit area dives,
Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

Si bene floruerint oleae, nitidissimus annus,
Pomaque proventum temporis huius erunt.

Flore semel laeso pereunt viciaeque, fabaeque,
Et pereunt lentes, advena Nile, tuae.

Cum autem Urbs diurna frugum inopia tempestibus
premeretur adversis,

Convenere Patres, et, si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vovent.

Haec autem L. Postumio Albino et M. Popilio Laena
consulibus, anno ab Urbe condita DLXXX.

Festa autem, quibus Floreales ludi, seu Floralia age-
bantur, intra supremos Aprilis mensis dies et primos
mensis Maii continebantur, a die, nempe, Aprilis octavo
ac vigesimo usque ad postridie kalendas Maias inclusive.
Quapropter, ut solet eleganter, Naso scribebat:

Incipit Aprili, transis in tempora Mai,
Alter le fugiens, cum venit alter, habet.

Circus autem ille Floralis erat in regione sexta Urbis,
ubi nunc platea, quae vel hodie appellatur « Acies Flora-
rae », magnae frequentiae ad nostra usque tempora lo-
cus, vulgo autem *Campo di Fiori*, ibique tunc ludi neque
leonibus, neque gladiatoriis, neque cruentis quibusque
spectaculis constituebantur, sed

Imbellis caprae, sollicitusque lepus
tantummodo in iis agebantur; flores autem, rosaeque
prae ceteris, vinaque et mensae caput solemnitatis erant;
haec autem duo postrema ad multam noctem accensis
facibus producebantur.

At omniane ad unguem Ovidius?... Credo omisso
quae Iulia domus non aequis auribus voluisse audire,
cui nihil magis invisum quam Pompeii Magni quaevis
recordatio, immo et recordatio cuiusvis rei, quae Pompeii
exosum nomen vel a longe referret:

Quid de Pompeio, genuit quem Mantua, cycnus
Edidit? Horrebant venundata carmina nomen.

Hinc falsis additis nulla Florae genuinae memoria ab
Ovidio posita est, quinimo poetico more ita veris falsa
commisicuit, ut quae certissima essent altius laterent.

E Plutarcho autem scimus Pompeii aetate Romae flo-
ruisse inter adolescentulas Floram quandam, Romanam
genere, decore, gratia, sermone blandisono, incessu, huma-
nitate, mente celeberrimam, in quam unam et cui uni collata
fuisse a natura, quae distributa dispersaque per ceteras
optima omnia viderentur, ita porro ut (quasi in Flora quid
mirabilius forma efficere posset nisi magno experta) haec
adolescentula si ipsa sibi fingere vellet, neque plura bona
reminisci, neque maiora posset consequi quae vel fortuna
vel natura effuse tribuerunt. Pompeianis ac Lucullianis
aucta divitiis est, quas nemo iudicabit, praeter eum, qui
expers historiae, nihil rectum nisi quod suo tempori con-
veniat putabit. Haec itaque, aedibus magnifice eo ipso
in loco, ubi nunc est Acies Flora (Campus di Fiori), in-
structis, ita vixit, ut conditionem suam convenit vinceret
ac splendore excellentissimorum virorum, praelestum qui
Pompeio et patriae studerent, quos ad amplificandum
Romani populi imperium incitabat, devinceret beneficentia
et humanitate ceteros. Dicitur odise Caesarem meditantem
patriae mala, libertatique perniciem, et sponte obiisse,
Pompeio imperfecto. Moritura Senatum Populumque Ro-
manum heredes testamento scripsit centies et sexagies



Flora. (Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

centena millia relinquens. Senatus Populusque Romanus dirutis aedibus plateam et circum sive constituit, sive ampliores fecit, ludosque et solemnia Flora huic instituit, quae vel unica Flora est, quidquid diversum ferat Ovidius, qui tamen in ipso carmine aliquid ponit, quod Chlori proprium esse non potest, et Flora conditionibus assonat.

Res ita se habebat, cum renovata est in commentariis doctissimi viri Constantini Maes, qui *Cracus* inscribuntur, recordatio illius formosissimi corporis, anno 1485, duodecimta mensis Aprilis die, ad sextum ex Urbe lapidem, e regione, cui nomen Pagus Lemonius, effossi. Quod integrum atque incorruptum Romam delatum est triumphali propemodum pompa, populo adsultante et plaudente, atque in Capitolino palatio iacuit, intuentibus pulcritudinis singulare miraculum, ac prorsus tale ut sit qui non dubitet inde pulcrarum artium omnium restorationem habendam.

At nullum nominis formosissimae illius adolescentiae indicium. Pomponius Laetus quoad rem rogatus, de Tulliola Ciceronis filia dixit, quod perspicuis argumentis falsum est. Magna interea frequentia gentium tum nostratum, tum exterarum, tum urbanarum, tum suburbanaum visere gestientium. Erat quasi idolatria reviviscens; adeo abripiebat videntes decus ubique perfusum. Innocentius VIII prudentius tulit noctu eripiendum et ignoto loco inhumandum.

Fuit autem qui Maes adiens, hisce perfectis, de Flora locutus cum illo est, et multa addidit, quae in libro leguntur praeclara mandata. Eruditus vir, quasi experrectus: — Proh! — ait — nihil obest ut ita sentias; fortasse sentis et vera; plura enim conspirant in nomen!

Addamne aliquid? Addam ultro. Lactantius, ille Tullius christianus, recitat nomen adolescentiae verum fuisse *Terram*, quae Flora ob excellentem pulcritudinem appellata est, atque hoc nomine in deorum numero ab ethniciis collocata; hanc aedes populo reliquisse, hanc Floreales ludos circumque instituisse.

H. P.

Maior pars misericordiae est dimittere, quam dare.
(S. GREG. 12 mor.).

13 LOLLUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Treb. — Crede numero; crede veteri Latinorum phalangis, cui si poteris hodiernos opponere, dabo protinus victas manus. Ne autem ab ultimis auctoritate repetam, accipe ex hoc indice Mussatum, Bonatum, Petrarcam, Malpighinum, Bracciolum, Barziziam, Osium, Ferretum, Brunum, Philephum, Vergorium, Tristianum Calcum, Valtrinum... Deinde Iovium, Gallum, Cattaneum, Castillionem, Palladium, Flaminium, Bembum, Sadoletum, Sannazaram, Coloccium, Pontanum, Parrhasium, Posthumum, Quernum, Molzam, Lampridium, Zanchium, Arsellum cum centum poetis e regia Leonis X, quos ille enumerat in elegia de poetis urbanis. Tum vero quos Ariostus recenset e doctis Pauli III clientibus;

Phaedrum, Capellam, Portium, Bononiensem, Philippum, A Volaterris, Magdalena, Blosium, Pierium, Vidam Cremonensem, Altae facundiae non explendam venam. Et Lascarum, Musurum, Navagerum, Andream, Maronem, Monachum Severum (1).

Adde Fracastorum, Cottam, Calcagninum, Accoltum, utrumque Amaseum, Palingenium, Scaligerum, Mirteum, Amalteum, Bargeum, aliasque sexcentos, quos in sermonibus de poetis suorum temporum recenset Giraldus; Augurellum, Panvinium, Sigionum, Accursum, Floridum, Ricciun, Lagomarsinum, Politianum, Morcellum, Beverinum, Luchesinum...

(1) Orl. c. XLVI, st. 13.

RISUS ET HILARITAS

RAULIN doctor librum recens vulgavit cui titulus *Risus et exhilarantes*, quem quidem, si singulas atque percutatas indagines a sedulo auctore expletas consideraverimus, haud levis ponderis existimemus necesse est.

Auctores omnes, quotquot in huiusmodi investigacionibus eum praecesserunt, sive risum absolute perscrutatis sunt, sive illum una cum ceteris vultus motibus comparavere, summis labiis in limine libri recensentur: Michael Scott (qui XIII per saeculum versatus est), Denys, Prudentius Roy (1814), Séudo (1839), Carolus Bell (1844), Duchenne de Boulogne, Darwin qui in motibus investigationis primas retulit libro illo quem inscripsit *The Expression of the Emotion's* (1892), Charcot insuper, Richer, Pitres, Mantegazza, Bechterew, Brissaud, Ribot, Dumas, Stanley Halle, Arthur Allin; quorum postremi universalem ad rem quaestionem per diaria proposuerunt et ubiorem exitum nec opinatum retulere.

Sed scriptorem nostrum in ipsa re sequamur, qui primum adnotat, risum felicitatis ac laetitiae signum a plerisque retineri, quamvis haud raro corporis mentisve morbum proprius significet.

Risus, quem sponte saepe elicimus, excitari etiam per pharadizationem potest, prout ab anno usque 1860 Duchenne de Boulogne, *reophora* ad maxillarum musculum magnum admovens, callide expertus est. At musculi qui circum maxillas agunt, omnes simul ad risum promovendum concurrunt, immo iuxta varios eorum motuum connexus risus formae atque adspectus varii fiunt. Singuli tamen motum suum ad maximi musculi motus conferunt quo superior maxilla adligatur: ille enim (Raulini auctorem rei habemus) primam risus formam profert, ceteri contra secundam.

Sed et titillatio quidem risum promovendi vim habet, eiusque tactu, trigemini illius nervi, qui vultum in totum fere circumdat, maxime excitantur termini.

Similia medii manipuli nervorum perforunt, qui in spina abundunt, et etiam nervi qui manus palmam vel pedum plantam percurrunt, titillationi parati sunt. Huiusmodi vero sensus, ut inopinato exsurgat, aliorum tactu excitetur oportet, neque nobis ipsi procurare valemus.

Hic Philippus, advenientibus Davo et Marco cum ferulo tuberum: — Flectite — inquit — poplite, cum invocantur caelicolae. — Qui dicto audientes dum proni respondent: *orate pro nobis*, Piso minor Trebatii vocem imitatus cantitare pergit:

— Drymoque, Xanthoque, Ligeaque Phillocoque, Nesae, Spioque Thaliaque Cymodoceque, Cydippeque et flava Lycorias, altera virgo, Allera tum primos Lucinae experta labore, Clioque et Beroe soror, Oceanides ambo, Atque Ephyre atque Opis et Asia Deiopea Et tandem positis velox Arethusa sagittis (1).

Hic vos nympharum choro statutis aras hymnosque tollitis, neque adhuc animadvertisit earum cultum omnem excidisse. Quorum a te recitata sunt nomina, eorum scripta occupat situs in bibliothecis. Ecce enim Alighieri, Mussati, Bonatii latinitas hodie probetur? Qui tamen suis temporibus habitu sunt optimi. Rursus, Latiae apes considisse visae sunt in ore Petrarcae, isque redivivus Tullius aut Vergilius ab aequalibus est salutatus. At serius proiecto cultu iudicioque exquisitiore comparato, dictio nis genus illud tamquam impolitum ac rude contempserit.

Treb. — Sint haec uti vis. At ubi mihi collocas Bembum, Sadoletum, Sannazaram, Vidam, Flaminium, Fracastorum...

— Parce nobis et miserere poplitum — concludunt Marcus et Davus.

Quibus leniter arridens senex — Vos — inquit — crura doletis; me animi dolor excruciat, quod heic video pro nihilo haberi venustissimos scriptores ac politissimos. Verum haud miror: sunt hi scilicet recentioris disciplinae vestrae fructus.

(1) Georg. IV, 336.

Sunt etiam exhilarantes potus vel medelae ad risum movendum aptissimae, veluti *azoti protoxydum*, quod aliter paradisi aer nuncupatur, cuius vim non semel nec incassum Humphry Davy expertus est; itemque opium et haschisch Indorum potus, quae et Homericu poematis personae cognoverant.

Verum corporis vel animi morbos risus persaepe profert. Profert quidem in nervi facialis aliorumque nervorum paralysi, et in atrophia muscularum quae pueros afficit, et in morbo maiore (v. *epilepsia*), in cuius extrema specie erumpens risus nervorum contractiones admodum excruciantes saepe abscondit.

Subridens silentio labium vel irridens, pariterque sarcasmus, oculorum vel aurium aberrationes in homine chronicu delirio correpto nonnunquam indigitant. Ironicus autem risus attonitae mentis saepe signum est, risus contra intemperans praevalidam animi commotionem portendit. In idiotis autem et in pueris «repulsus» quidam est qui ad nullam animi certam formam referri potest.

Quae Raulin doctor in fine sui libri tradit, corporis locum, unde risus permovetur, spectant; eius est sententia hinc in cerebrali cortice, in operculo, inveniri; centrum autem congregationis atque inhibitionis in nucleis cinereis, qui dicuntur, thalami optici, residere; centrum denique executionis in protenta medulla.

Libri summam non vana eruditio specie retulimus; sed et quia medicis simul ac philosophis perutile, excuto autem cuique viro non ingratum opus arbitrati sumus.

R. SPINA.

COMMUNIA VITAE

De indumentis virorum.

QUONIAM, astris ad mitiora conversis,
Diffugere nives, redeunt et grama campis,
Arboribusque comae,

aequum hominibus est ita facere, ut ea deponantur indumenta, quae hiemalibus rigoribus arcendis hactenus

Marc. — Sunt fructus horti tui, Muci, quos attulimus modo. Equidem recentia poma haec venerari malim, quam caelicolas illos, quorum nomina mihi auditam sunt numquam.

Treb. — O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis Numina (1):

Olim sanctos appellabant poetas, ut videre est in Ciceronis oratione pro Archia. Imo et ipse memini eruditum quandam virum eundemque piissimum, nominare solitum sanctum Vergilium, sanctum Horatium sanctum Ovidium; contra vero, Augustinum, Hieronymum, Basilium, forte quod his familiarius uteretur. Hodie sancta sunt mala sui cuique ventris aeditio.

Phil. — Sancta mala Marco dabit hodie curio. Nunc vero abs te peto, Trebatii, placeatne fieri decretum de honoribus divinis decernendis Bembo, Sadoleto, ceterisque ex eo numero.

Treb. — Apage nugas. At si liceret latinos auctores, qua tales, in album sanctorum referre, horum profecto seriem absolverent ii quos nominavi. Neque enim video quos aetatis nostrae viros cum illis comparaverim. Quid me sic intueris, Piso minor? Lolli, quid siles?

Pis. min. — O bone Trebatii, quam male est extra vitam viventibus. Nam nec eo pervenistis quo sex ante saecula Alighierius, ut intelligeretis falso peti ab Latinis eloquium, quo novae aetatis res et sensa exprimantur, mutatis tam penitus hominum ingenii, institutis, moribus, lingua. Id neque Bembus ille tuus intellexit, qui Ariosto suadere conatus est, ut Orlandum latine caneret.

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) Iuv. Sat. III, 293.

PER ORBEM

Faustissima ipso in itineris limine ex Americana Nordica republica mihi praebentur, episcopum nempe Portlandensem virum illustrissimum Iacobum Augustinum Healy, mox septuagesimum suae aetatis annum maximis feriis celebasse. Undique ex dioecesi obtestationes honoris causa missae, auguria auspiciaque fervida ad metropolim confluxerunt. Virum enim tum haeretici tum fideles eximium inter episcopos atque ornatissimum inter totus reipublicae oratores existimant, et dioecesim quam latissime productam regentem prudentissimeque inter omnes moderantem quisque iure praedicat. Unum est autem illi, quo maxime flagrat, studium erudiendae iuventutis, quam vult assidue optimis litteris imbuvi. Itaque scholas in barbarorum quoque cultum, et ascoeteria pro virginibus, et hospitio senibus, et nosocomia infirmis excitavit. Atqui ad centum millia sere hominum eius auctoritati sunt tradita! Sacerdotio iam quadraginta et sex annos sic pie fungitur, et quarto nonas lunias vigesimum quintum episcopal regiminis redeuntem diem videbit.

Mentem lectissimam animumque virtutibus insignem cleris et populus iuncti venerantur, quos et ipse paterno veluti studio amantissime fovet.

Ad multos annos!



Hae vero dum feriae aguntur reliquo orbis ex dictione Iovis pluvii in Vulcani regimen incidisse videtur: Budae argentariae aedes, et Serborum publicae artium recensiones Lutetiae constituta huiusmodi damna sunt primum passae; at maxima pertulit Octaviensis civitas Anglorum Nordicae Americanae coloniae urbs caput. At vix si calamus esset mihi parator, quam Henrico illi Sienchiewitz, celeberrimo Polono auctori, qui Urbis incendium a Nerone excitatum mox in *Quo vadis* inscripto libro retulit, horrendam ignis rabiem, aedium assumptionem, atque totius paene urbis latissimae destructionem referrem. Flammam enim, veluti tunc Romae, neque fluminis latissimum spatium coercere valuit, ita ut in oppositam usque ripam prosilirent, domusque hinc inde in immane quasi clybanum montibus circumseptum converterent.



Salt-Labre urbs in proxima foederata republika haud leviora deflevit de fodinis ad Schofield effossis, quas aer repente incensus concussit ac diruit, ducentosque et amplius effosores dirae morti tradidit.



Pestem, desertiones, ruinas ceteraque praetream, ne eos qui legunt nimia tristitia afficiam. Quin etiam, ad levandum animum, referam postremo quae dapes in convivio cultorum sacrae antiquitatis sunt Romae ix. kal. Maias appositae, quarum chartula cuique convivae oblata, haec sponderat, quae exsultanter, uti par erat, assumpta sunt:

Iusculum more imperatorio.

Bractea farinae subactae cum extis pullorum.
Segmenta bovis aromatis conferta et oleribus ornata.

Ius coagulatum in musivo opere carnium.

Patinam pisoruntum.

Pullos assos cum acetariis.

Lac cum ovis gelu concretum more siculo.

Caseum et mala.

Vina hebrusca, latina, gallica.

Potionem arabicam.

VIATOR.

VARIA

Peracti saeculi utilitas,
et gloria senescentibus.

Novam lectoribus nostris vivendi causam, protrahendaque ultra saeculum vitae subicimus, propositisque commodis et honoribus inde manantibus, etiam atque etiam hortamur ut ea faciant, quibus mereantur, et adipiscantur promissa.


Constituta nuper est Neo-Eboraci societas, quae tota est, ut in eius album adscripti centesimum annum attingant. Illi tantum, inter senes, in sociorum numerum referuntur, qui, robustiores, assequendi saeculi aut etiam superandi spem afferre videantur.

Semel recepti assiduis medicorum curis, inspectionibus, cibi salutaris decreto pondere reficiuntur, recreantur; tum quod senex experientia propria salutare magis perspexerit, id in ephemeride societatis propriam deducet, dum docti vetustissimorum patriarcharum usus moresque scruntantes, non iota, non apicem intentatum et imperscrutatum relinquunt ad reperiendam causam diuturnae aetatis in Mathusalem, in Noe, atque in huiusmodi ceteris.

Qui primus e sociis centesimum occupaverit annum, hic iure praeses erit, regisque honoribus habebitur coram, auctoritate summus in coetu ad ultimum usque diem. Qui nunc praeest temporarius est, sedemque feliciter expleturo saeculum laetus concedet.

Praeclara, atque optabilia omnia sociis adduntur in tabulis ad legum exemplar scriptis.

Commentarii nostri lectoribus auctores sumus ut nomen ei coetui magno animo dent, optamusque ut non modo ipso digni, sed vel supremo magistratu decorandi singuli videantur.



Novae virtutis arbutus.

Arabiae propria, atque, ut ita dicam, civis haec arbor est in duas divisa familias, quarum altera humiles quasi frutices, altera proprie arbustulos vix metro parés altitudine. Illa puerascens ad Kassem; haec adolescens ad Oman. In seminibus virtus, quae, ubi sicca et detrita sint instar pulveris, semel absorpta risum effraenum provocant, laetitiamque exsultantem, qua abrepti exsiliare saltibus, ad modum caprearum, et hinnulorum, gestire manibus, canere; violenta ac supra vires omnia. Sic horam; qua praeterita, mentem redire in pristinum, ebrietatem evanescere, corpus opprimi labore, mox coripi somno diurno, altissimo, quem nullo pacto conatusque fas est abrumpere. Expergefacto nulla gaudii, chorearumque suarum recordatio.



Solaris lux in servitatem redacta est!...

Numquid credibile hoc? Nihilominus in factis est.

Nicolaus Tesla, celeberrimus aemulator Edison, decem abhinc annis in hoc incumbebat. Assequutus est quod speraverat, atque ita de illo, ac de inventione hac mirabilis apud commentarios, qui de disciplinis inventisque huiusmodi tradunt.

«Perfundere diurna luce domos, opificia, plateas, vias nocte ipsa in media, talernque lucem solaris aemulam lucis, perpetuam, indeficientem crystallinis concludere sphaeris Teslae erat in votis. Qui nunc eum invisi in museolum ab ipso adducuntur, ubi passim minusculis in glo-

bis effulgurat splendor, quasi a minusculis totidem solibus, qui vacui peritus sunt, nullaque aluntur electride, nullo apparatu, neque contrectantes urunt, neque calcant manus.


Mirantibus Tesla respondet: «Captiva lux!»

Credo equidem! nam captiva est eo, eoque domita, ut respicientium oculos non percusat, neque offendat, nulloque sensu doloris in eam quisque intendere possit.

Prima eiusmodi experimenta, ut in publicos feratur usus, nunc Neo-Eboraci habentur.

O facetae epistolae ad illum virum! «Mitte ad me solem, centimetrus duobus diametro constanter, ut aulae meae impendat, item millimetris quinque, ut vigilat cubiculo meo!»

En hominem «qui solem suum oriri faciet super bonos et malos, super justos et peccatores»!



Ovum princeps.

In Gallia monstrum, prodigium hoc assertatur, et museo publico credita rei singularis custodia. Ingens ovum quod vix cingeret zona 0.9; cmt. longa. In insula Madagascar inventum est ac tribuit giganteo volucri, antiquis temporibus celebri, quem *aepyornis* appellant. Par est centum quinquaginta ovis gallinaceis, quatuor struthionis ovis, duobus millibus communium avium. Notandum autem est, in fabulis, quae circumferuntur nomine *Novelle arabe*, saepe fieri mentionem de quadam immensi ave, quae in insula Madagascar vivebat eo tempore, quam Roc nuncupabant.



Singulare et mirabile.

Fatalia quaedam saepe nominibus, saepe diebus, interdum utrisque recurrent, quae notat historia, considerat sophus, neutri tamen rei causam interpretantur. Recte Venusinus vates admonuit:

*Futuri temporis exitum
Caliginosa nube premit Deus.*

at qua de causa aegyptianis prorsum tenebris haec inclusa saepe dimittit in gentes? Mysterium! Si Romulus Romanae conditor urbis, si Augustus imperii, curnam cum Romulo Augustulo ceciderunt una simul et res romana et imperium? Si Constantino Magno eodemque nominis primo adstructum Bysanthii imperium, curnam Constantino pariter, mille et ultra centum post annos, Turcae Bysanthio potiti sunt, Constantinus occisus, deletum imperium? Quis nescit arcum fuisse Leoni X Pontifici quoties recurreret undecima mensis dies? Expulsus patria, receptus, captivus factus, triumphum gerens, cardinalis mox appellatus, mox Pontifex electus; et praeterea sexenta ad obitum.

Memini me legisse ad rem epigramma, iudicio meo elegantissimum, atque delectationis gratia subdendum puto.

Undecima eduxit, Leo, te lux candida in orbem,

Et Patribus sacris addidit undecima.

Undecima existi patriae de finibus exsil,

Hostibus es saevis captus in undecima.

Undecima exsolvit nexus, et Gallica vincula;

Nativas sedes redditit undecima.

Undecima e tantis Pastorem Curia solum

Te legit, et regnum firmat in undecima.

Undecimum vates numerum celebrate quotannis,

Carminibus cultis lux sonet undecima.

P. d. V.

Desclée, Lefebvre & Soc.

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

LE CERIMONIE
DELLA
BEATIFICAZIONE
E DELLA
CANONIZZAZIONE

Venit Lib. 0.50.

Idem gallica lingua, venit Lib. 0.50.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

IUBILEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS

IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

T. G. Fratrum PARISI
CANELARUM AD SACRA OPIFICIUM
PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
tificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit,
suppediat.

Praecipua Tempa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 180 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petantur
onera (300 Chilo-
gramm. ad minimum),
pretium erit francs 225
pro 100 Chilogramm.



Nullo impendio iubentium

res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Civis quaerenti explicatio erit uberior.

VO^X URBIS
DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
nuperrime edidit



❖ ❖ Mnemosynon
Iubilaei Magni ❖ ❖

DIRIBITORIAE CHARTULAE INSTAR

AD FIDEM EXPRESSUM REFERENTIS

Solemne aperitionis Portae Sanctae

a Leone pp. XIII

die XXIV mens. Decembris MDCCCIC peractae.

Premium singulorum centum *ante solvendum* commentarii Vox URBIS administratori - Romae, via Alessandrina, 87 - est Lib. 3.50.



Nullo impendio ad iubentis domicilium chartulae ipsae mittuntur

